



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

### **Praxis Cvræ Pastoralis Præcipve Circa Repentina & Generaliora**

**Possevino, Giovanni Battista Bernardino**

**Coloniæ Agrippinæ, 1645**

III. De Prædicatione, Verbiq[ue] Diuini Prædicatione.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-42220**

16. Matutinis horis nondum recitatis, sacrum facere, lethale peccatum esse, alij aiunt, alij negant. Hos ergo facile sequor, cum Suar. D. 82. Soto; & alijs. V. Comitolum *lib. 1. q. 50. R. mor.* contraria sententia tutior, & quibusdam probabilior: non sane, Soto insigni Theologo.

In vespere huius diei, vna, vel duabus ante solis obitum horis, matutinas sequentis diei horas recitare potes, iusta de causa; si loci consuetudine hoc receptum. Consule Azor. *to. 1. l. 10. cap. 9. mor. Inst.*

19. Iustum Missæ stipendium est id, quod lex statuit, vel consuetudo De qua re Suarez: *tit. 3. in 3. par. S. T. D. 20. sect. 2.*

Sacerdos bonis patrimonialibus diues, pro missis iusta stipendia accipere potest: etiam ab Ecclesiasticis: cum eum beneficii titulus ad sacrum, speciali intentione, faciendum non obligat. V. Suarez *li. c. sect. 3.*

Pauper Sacerdos plura iusta stipendia, prout iusta lex, aut communis æstimatio statuit, accipere, iuste nequit; si extremam necessitatem non patiat. Ex Nau. *c. 25. nu. 9. & Suarez sect. 4. lib. 1.*

---

### C A P V T III.

#### DE PRÆDICATIONE.

1. Curatus tenetur predicare.
2. Curatus an predicet per se.
3. Quando predicet per alium.
4. An Curatus unquam excusetur à predicando.
5. An

5. *An Curatus det alteri licentiam prædicandi.*
6. *An det licentiam exhortandi.*
7. *Pœna non prædicandi.*
8. *Curatus quando prædicet.*
9. *Si populus nolit prædicatores.*
10. *Quomodo prædicabit Curatus.*
11. *Prædicatio quantum durabit.*
12. *An quo loco prædicabit Cur.*
13. *Quid prædicandum erit.*
14. *An prædicet subtilia.*
15. *Disputare de fide laicis prohibetur.*
16. *An mortale prædicare in mortali.*
17. *An mortale mentiri in prædicando.*
18. *Quomodo interpretanda Sacra Scriptura.*
19. *An Doctor possit Sac. Scripturam interpretari.*
20. *An interpretanda sit præter communem sensum patrum.*
21. *Qui sensus nõ sunt contra, sed præter scripturam.*
22. *Qua peccata in prædicatione admonenda.*
23. *Admonitio in prædicatione de quibus faciendum.*

**Q**VÆSTIO I. *An Curatus teneatur prædicare?*

**R**ESP. Sotus de Iust. li. 10. qu. 1. ar. 3. parum contra medium, in Conc. Trid. disputatum fuisse, hoc munus: videlicet prædicandi, esset iniungendum Curatis, & tandem concludit suppressum in determinatione. Et parum supra videtur Curatum teneri solum docere populum Articulos Fidei, Decalogum, & Orationem Dominicam. At conc. Trid. sess. 5. c. 2. de reformatione habet, sermo est de Curatis, pascant populum salutaribus verbis, annunciando cum breuitate, & facilitate sermonis, vitia, quæ eos declinare, & vitare.

tutes, quas lectari oportet. Et sess. 22. c. 8. de sacrificio Missæ, dicit frequenter, curam animarum gerentes inter Missarum celebrationem, exponant ex ijs, quæ in Missa leguntur. Et sess. 23. ca. 1. de refor. ait: Cùm mandatum sit omnibus quibus animarum cura commissa est, oves suas agnoscere, pro his sacrificium offerre verbiq; diuini prædicatione, &c. Et licet ibi loquatur de Episcopis, tamen inferius intelligit omnia etiam de Curatis. Et sess. 24. c. 7. de refor. loquens de parochis, ait: Exponant sacra eloquia, & in lege Domini, populum erudiri studeant. Ex quibus omnibus locis euincitur Curatum teneri prædicare. Ita Tol. inst. l. 5. c. 2. 7.

2. QVÆST. An Curatus teneatur prædicare per se, vel sufficiat prædicet per alium?

RESP. Tol. ubi supra, non esse necessarium prædicet per se, sed sufficere, si id faciat per alium. At Conc. Trid. 5. c. 2. de refor. ait: Per se, vel per alios legitimè impediti, pascant salutaribus verbis. Credo distinguendum. Prædicare vna, aut altera vice per alium, vt abundantiore doctrina, vel modo consoletur populum, videri bonum: prædicare verò semper per alium, ad quietem credo malum, & non satisfacere officio suo. Prædicare etiã semper per alium ex inhabilitate, credo excusabile, si sic tolleretur ab Episcopo, ipso sciente; vniuersaliter tamen credo posse saluari opinionem, Tol. de prædicatone per alium, quia licet hoc non videatur conforme verbis Concilij, tamen concordat eius menti, quæ est populum instructum iri.

3. QVÆST. An Curatus unquam excusetur à prædicando, et iã si velimus, per Concil. loco dicto teneri?

C

RESP.

RESP. Excusari, quando est legitimè impeditus si non habet quomodo per alium possit prædicare, quia vel redditus non sufficiunt, vel deest persona idonea. Ratio est, quia impossibile nulla est obligatio. Sed si habere quidem potest idoneum, & habet redditus sufficientes, & tamen in illo loco, vel parochia Episcopo sciente, non contradicente, parochi, etiam si non sunt legitimè impediti, non prædicant, si hoc eveniat in Civitate, ubi Episcopi communiter instituant prædicatores aliquos, vel ipsi regulare de licentia Episcopi prædicant, excusabitur Curatus à prædicatione, quia tales Prædicatores censentur deputari ab Episcopo pro toto populo, & per consequens pro omnibus Curatis. tunc Curati iuxta Concil. Triden. censebuntur legitimè impediti, vel à iussione Episcopi constituentis, & interpretantis istam legem, etiam si velis esse Diuinam; Vel quia sic utilius geritur negotium populi. In oppido verò, ubi, si licet Curato omnes silent, sine dubio Curatus, non per se, nec per alium prædicans, peccabit mortaliter. Ratio est, quia deficit in re graui, cedens in graue populi incommodum. Nec hunc Curatum credo excusari conuenientia Episcopi, cui de iure Diuino Curatus ad hoc teneatur, ut patet ex Concil. Trid. loco allegato, *sess. 23. c. 1. de reformatione*.

4. QVÆST. *An Curatus possit dare licentiam alteri prædicandi in sua parochia?*

RESP. Conc. Trid. *sess. 5. ca. 2. de reformatione*, velle, etiam regulares debere admitti à suis Superioribus, & ab Episcopo loci, aliàs interdicit eos prædicatione.

Sed, An semel approbatus ab Ordinario possit admitti à Curato sine alia licentia? Videant Curati Constitutiones suorum Episcopatum, & eas obseruent: quod si nihil prohibetur, poterit Curatus dare licentiam prædicandi Prædicatori iam admissio. *Nau. ca. 25. n. 141.*

QVÆST. fortè, *An qua dicuntur de prædicatione, intelligantur p omnia etiã de exhortatione publica?*

RESP. Et citra Constitutionem Episcopi, credo non intelligi, nam confraternitatibus laicorum exhortationes fiunt, & nunquam requiri Episcopi placitum audiui Exhortationem autem intelligo, dum ad populum habetur sermo extra pulpitum, vel locum solitum pro concionibus, aut si fiat in loco solito, puta ex Altari, fiat habitu distincto ab eo, quod assumitur in prædicatione, ita vt habitus, & locus videantur distinctionem ponere; nam materiæ, & verborum vtrorunque eadem est ratio.

5. QVÆST. *Qua pœna teneatur Curatus ad prædicandum?*

RESP. Cum Concil. loco dicto inquit esse præceptū Diuinum, si excessus erit notabilis, credo, peccaturū mortaliter, cum erret in re magna, in magnū populi præiudiciū: Si verò omittat vna, aut altera vice, nullū, vel leue peccatū erit: quia paruitas rei in omni materia excusat. Præterea incurras pœnas à Conc. Trid. taxatas *sess. 5. c. 2. de refor.* Quæ sūt sensuræ, & aliæ arbitrariæ Episcopo, & assignatio tãte mercedis alteri, qui prædicet, quæ sit honesta, etiam si Curatus sit exēptus. Si verò sit sub Abbate, & Prælato Regulari, & Prælati sint negligentes, Metropolitanus, in cu-

ius diœcesi est Curam, potest prouidere omni  
appellatione, reclamatione recurſu, ſeu exemptione poſt poſita Conc. ibi.

6. QVÆST. *Quando Curatus prædicabit?*

RESP. Conc. Trid. ſeſſ. 5. c. 2. de reſor. ſaltẽ diebus  
Dominicis, & Feſtis ſolemnibus, & ſeſſ. 24. c. 1.  
de reſor. ait ſingulis diebus Feſtis, vel ſolemnibus.  
Credo ſufficere, ſi prædicet pro conſuetudine loci,  
Epifcopo ſciente, & non contradicente.

*Sed ſi populus nolit prædicationem audire, &  
hoc conſtat Curato, quid aget?*

RESP. Si (quod eſt impoſſibile) totus populus  
ſit deprauatus, potest Curatus ſine peccato tacere;  
quia ratio prædicandi eſt, vt paruuli petent  
panem habeant, qui eis frangat. Imò tunc deberet  
tacere, quia non ſunt proijciendæ margaritæ  
ante porcos. De Graff. 2. p. l. 3. c. 22. nu. 6. Sed cur  
hoc ſit impoſſibile, prudenter aget Curatus,  
rarius prædicauerit, vt populus non laſſetur,  
expetentes ſermonem auidius eum excipiant.

Et ſi diebus illis valde implicetur conſeſſionibus  
audiendis, cõtando ſacro, publicis proceſſibus,  
nibus, præcedenti nocturna vigilia in ſeruitio  
moribundi, & ſimilibus occupationibus, quæ  
finunt aliud agere, an tũc excuſetur, cũ vere non  
poſſit. Sed ſi potest, an cum magno labore? Breuitatem  
excusabit laſſitudo. Sed, ſi verè, præ laſſitudine  
non potest ſe præparare, vel non habet  
tempus recolendi præparata. Excusabitur, quia  
difficilium eſt eadem ratio, & impoſſibile.

7. QVÆST. *Quomodo prædicabit Curatus, hoc  
eſt an declamatorio modo, vt Concionatores, vt  
quo modo?*

RESP.

RES P. Possit, si velit, declamatorio. Cæterum Concil. Trid. *sess. 5. c. 2. de reform.* ait de Curatis, annunciandoq; eis, cum breuitate, & facilitate sermonis, vitia quæ eos declinare, & virtutes, quas sectari oportet. Communiter ex Altari loquitur. Seruandus est mos loci.

Aduertat Curatus inter dicendum neminem lædat, nedum priuatum, multo minus Magistrus seculares, vel Ecclesiasticos, sed de omnibus honestam mentionem faciat, tantum abest, vt stulta libertate aliquem lædat. Reprehendat liberè, sed saluo honore omnium. Neminem nominatim in publico colloquio nominet, quia est odiosum: sufficiant necessaria, dicat nomine suppresso. Aliter autem agens posset, & meretur castigari ab Episcopo.

8. QVÆST. *Quanto tempore durabit pradicationis.*

RES P. Conformandum se alijs Curatis, & cum sit res arbitraria, relinquitur prudentiæ Curati, iuxta necessitatē populi, nec credat aliquis post longam orationem facundius loquutū fuisse B. Ioanne Apostolo, qui in singulis concionibus, hoc vnum intonabat. Diligite filioli.

9. QVÆST. *Si Curatus habeat magnam Ecclesiam, & vocem debilem non correspondentem Ecclesie, an teneatur loqui ab altari; vt est mos illi Ecclesie, an è pulpito, vel alia parte viciniore populo, vt audiatur?*

RES P. Si Ecclesia sit magna, & populus paruus loquatur, eo loco solito, admonito populo, vt accedat, & si non accesserit, non curet, quia cum peccet ex malitia, non imputabitur Curato. Si



verò populus multus, & Ecclesia magna, & vox debilis, nec aliter potest audiri à populo, loquatur è viciniore loco, & pro audientia aptiori. Sed si iste Curatus nolit moueri loco solito? Si impedimentum vocis sit perpetuum, non excusetur, nam tenetur loqui, vt audiatur, quia loqui & non audiri, idem est, ac tacere. Si verò impedimentum vocis est ad tempus, loquatur e loco solito, ad euitandum nouitatem.

10. QVÆST. *Quid predicabit Curatus?*

RESP. CONC. Trid. *sess. 5. cap. dicto*, ita habet: vitia, quæ eos declinare, ac virtutes, quas seculum oportet, vt pœnam æternam euadere, & Cælestem gloriam consequi valeant. Ideo Curatus etiam si sit magni talenti, meminerit semper calcare vitia generaliora grassantia in loco, ea pro viribus vellere, & in hac totus incumbat.

11. QVÆST. *An Curatus predicet subtilia?*

RESP. CONC. Trid. *sess. 25. c. 7. de reform.* dicitur postponendas inutiles quæstiones, & *sess. 25. c. 1. Proœmio de Purgatorio*, prohibet apud rusticos tractari difficiliore, & subtiliore quæstiones. Et certè citra periculum damni, non erit absque veniali, quia vanum; præsupposito non ad aliquam causam iustificantem, cum periculo tamen à damni, erit mortale ratione damni. Tamen non erit ab re, vbi habuerit populum capacem quædam altiora apposite tangere. Sed cauetur quia scientia inflat, charitas verò ædificat.

Cæterum multa reperiuntur conducentia ad facilem modum prædicandi, & exhibentia quædam materiam, vt explanationes Epistolarum, & Euangeliorum diuersorum Doctorum, inter quæ

quas potest adscribi parvus liber, qui circumfer-  
tur nomine Nicolai Gallerij, cum verè sit Anto-  
nij Possuini Societatis Iesu Auunculi mei, mi-  
hi certo constat, & stylus clarè indicat, Latine  
primum, & deinde Italicè sæpè impressus.

Præterea quintus Index Summæ S. Thom.  
Augustini Hunnæi, qui pro omnibus Festiuita-  
tibus exhibet materiam decerpendam ex sum-  
ma S. Thom. pro Epistolis, & Euangelijs curren-  
tibus.

Et si Curatus labore magna dicendorum pe-  
nuria, poterit loco prædicationis (intellige in  
Oppidis inter rudiores, ne ministerium irridea-  
tur, si res agatur cum sapientioribus) legere ali-  
quam partem libri spiritualis, puta Granatæ,  
Gersonis, vitæ Sanctorum, & similibus, & breui  
consideratione, electis deducta expedire se, &  
fructuosè ager.

12. Studeat Curatus euellere ex parochia sua  
(si adsit) abusum illum, quo sæpe seculares in fo-  
ro, & in publicis apothecis; quod maximè fit in  
Oppidis disputant de Fide, vel sermones de ea cū  
altercatione suscipiunt, & admoneat eos peccare  
mortaliter, vt notat Caiet. in summa verbo, Di-  
sputare, & Nauarr. c. 11. nu. 26. Et si ibi Curatus  
interrogetur de aliquibus, quæ non sint ad rem,  
respondeat, se domi daturum responsum, qui in-  
terrogat, cū est persona capax doctrinæ: Si verò  
sit rudis, bellè se extricet, & non satisfaciat quæ-  
sitis, cum non est res necessaria, sed curiositatis,  
vt res tam excellentes, quales sunt Theologicales,  
tractentur pro sua dignitate. Nam alias videbīs  
nasci rixas vnoquoq; mordicus suam opinionē

defendere volente, & sæpè opiniones falsas, aliquando hæreticas defendente.

13. QVÆST. *An sit peccatum prædicare in mortali & quale?*

RESP. Caiet. 3. p. qu. 64. ar. 6. in res. ad 1. arguente velle esse mortale, & 22. quæst. 187. Viderur non concordare cum dictis in summa de Prædicatorum peccatis, vbi viderur inuenire citra contemptum non esse mortale. Nauarr. c. 35. n. 14. dicit mortale. Armilla etiam prædicatorum peccata. §. 2. idem habet cum Caiet. Tolet. autem Inst. l. 1. c. 87. dicit non esse mortale prædicare in mortali reuerenter, & sine contemptu, quod puto coincidere cum dicto Armillæ. Sotus tamen d. 1. qu. 5. ar. 6. in confirm. 2. conclus. distinguit, esse mortale, quando prædicator est publicus peccator, quando verò est occultus, & prædicat cum reuerentia, & sine contemptu, nullum esse peccatum.

14. QVÆST. *An mentiri in prædicando sit peccatum, & quale?*

RESP. Mortale esse mentiri in omni illo, quo assumitur, seu dicitur qualecumq; sit, vel ex Scriptura Sacra, vel vitis Sanctorum, vel ad mores, ad docendum, instruendum, persuadendum, vel monendum auditorem, ita Silu. mendacium. qu. 3. Caiet. in summa prædicatorum peccata, Armilla eodem verbo §. 3. Nauarr. ca. 25. nu. 141. etiam si dubia prædicentur assertiuè. Caiet. ibi. Ideò si inter dicendum occurrat aliquid, non dicat nisi ea, de quibus est tutus ita esse: vt dicit. Mentiri vero circa citationes, puta Isaia pro Hieremia, capitis decimi pro quinti, & similibus ex defectu

memo-

memoriæ nullum est peccatum; ita mentiri, ne verecunderur, leue erit, quia ista non sunt mendacia in doctrina. *Iidem ibi.*

Ideo dubia dicenda sunt pro dubijs, & certa pro certis.

Si tamen quis mentiatur assumens dictum sapientis verum, & assumens esse Scripturæ, non credo mortale, quia non præiudicatur veritati, maximè si hoc dicat ex quadam surreptione, & etiam cum quodam dubio, fit, nec ne Scripturæ.

Si verò fabulæ, & facetiæ dicantur, *Nauar. & Caiet. & Armil. ibi* volunt esse veniale. Si verò prædicentur impertinentia, & mentiatur, non erit peccatum mortale nisi ratione scandali. *Caiet. & Armil. ibi.*

Prædicare autem ad pompam, & inutilia, aut historias, & gesta Romanorum, & similia, est cum *Caiet. ibi* grauissimum peccatum: ni tamen ista dicantur ad maiorem declarationem, non est mortale. *Armil. ibi. §. 4.* Sed tu dic, nec esse veniale, quia & Apostolus allegabat dicta poetarum, sic etiam multi Sancti dicta diuersorum Sapientum.

IX. *QVÆST. Quomodo Curatus interpretabitur Sacram Scripturam?*

*RESP. Concil. Trid. sess. 4. de editione sacrorū librorum dicere, Nemo suæ prudentiæ innixus, in rebus fidei, & morum ad ædificationem Doctrinæ Christianæ pertinentium, Sacram Scripturam ad suos sensus contorquens, contra eum sensum, quem tenuit, & tenet Sancta Mater Ecclesia, cuius est iudicare de vero sensu, & interpretatione Scripturarum Sanctarum, aut etiam*

contra vnanimem consensum Patrum, ipsa spes e  
Scripturam Sacram interpretari audeat. Inst. c.

16. QVÆST. An si Curatus fuerit Doctor Theologia possit Sacram Scripturam interpretari aliam sen  
quam dicit Concilium? Si tan

RESP. Negatiuè, quia ita Concil. clare loquitur. lius e  
tur. infra

17. QVÆST. An Curatus possit Sacram Scripturam interpretari, non quidem contra, sed prater  
vnanimem consensum Patrum? Greg  
Conc  
tum

RESP. Azor. i. parte, Instit. lib. 3. c. 2. quaestione, tur fu  
Possè, quia Concil. non prohibet erui alios sen Si v  
sus, sed sensus Scripturæ, & consensui patrum vel D  
contrarios. lus te

18. QVÆST. Qui sensus erunt non contra, sed prater  
consensum Patrum? zo:  
mor

RESP. Azor. ibi dare exemplum in hoc loco  
Scripturæ: *Generationem eius quis enarrabit*  
Patres intelligunt generationem æternam Do  
mini nostri Iesu Christi, & temporalem ex ma  
tre. Sensus præter hunc est quod alij intelligant  
dictum locum pro sæculo, quasi velit dicere; ho  
mines illius sæculi quis enarrabit? Igitur dicimus  
sensus non esse Scripturæ contrarium, sed præ  
ter, cum talis est, quod salua fide, potest consistere,  
& sit tanquam fundamentaliter, seu radicabi  
liter in Scriptura. Optimum est non recedere à  
communi sensu, & si fiat, promatur tanquam  
res propria, non aliorum.

19. QVÆST. An Curatus teneatur admonere  
peccata, in quibus sui viuunt, nescientes esse pecca  
ta, & non sit spes emendationis? Se  
non  
lis,  
esse  
quia  
qua  
relic  
fint  
cum  
res e  
tant

RESP. Si ignorantia sit legis positivæ, & non sit spes

ipſa ſpes emendationis, non teneri. Azor. 2. p. lib. 12.  
Inst. cap. 15. q. 4. Si verò ſequatur ex iſta ignoran-  
tia damnum tertij, teneri: ſi autem damnum ſit  
in ſe ſolo non teneri Azor. cap. diſt. quaſtione 4.  
Si tamen timeretur ſcandalum puſillorum me-  
lius eſſet tacere. Sil. Scand. quaſt. 3. not. 2. Sot. ut  
infra in reſp. ad auctoritates Ambroſij, Pauli, &  
Gregor. At ſi admoneret, non peccaret, quia  
Concil. Triden. ſeſſ. 5. cap. 2. de reform. ait Cura-  
tum debere admonere vitia, quæ populus tene-  
tur fugere.

Si verò ignorantia ſit contra legem naturalem  
vel Diuinam, tenetur admonere, quia & popu-  
lus tenetur ea ſcire.

Porro admonitio ſit de certis eſſe peccata  
mortalia, & non de his, quæ ſunt ſub varijs opi-  
nionibus, niſi admoſneat certa pro certis, & du-  
bia pro dubijs. Item admonitio ſit ne cõmunio-  
ribus, quia rarò, & prudenter particularia, quæ  
ſunt in vno, aut altero, tanget, & ſi tetigerit non  
videtur maius peccatum, fortè, quam impru-  
dentia, cum ſit ſpes emendationis.

Sed quid ſit melius admonere, vel ſilere, cum  
non ſit ſpes emendationis? Caſus nõ eſt credibi-  
lis, cum impoſſibile ſit totum vnum populum  
eſſe deprauatum, & ideo melius eſt admonere,  
quia Curatus tenetur inſtruere ignorãtes in his,  
quæ ſunt contra legem naturalem, & Diuinam,  
reliqua quæ ſunt contra leges poſitiuas, cum nõ  
ſint in damnum tertij, credo melius ſilenda,  
cum non ſperatur emendatio, quia cum peccan-  
tes excuſentur bona fide, non eſt quod Curatus  
tantum curet de illorum inſtructione. Sot. d. 19.

quest. 2. ar. 4. in solut. 2. argumentum in dubio  
præcipue præpositione secunda.

A. V I C T O R E L L I

AD CAPVT III. NOTÆ.

**S**I Parochus per se, vel, si legitimè fuerit  
Speditus, per idoneum ministrum salute  
bus verbis plebes sibi creditas pro sua, &  
rum capacitate, docendo, quæ scire omnibus  
necessarium est ad salutem, ab Episcopo mo  
tus trium mensium spatio, nō pascatur, cogi po  
rit censuris, aut alias, ad Episcopi arbitrium  
Concil. Trid. sess. 5. c. 2. de reform.

Parochus, ratione officij, & iurisdictionis,  
diuino præcepto debet gregem pascere salu  
ribus verbis. Indicat Syn. Trid. sess. 23. c. 1. de re  
tradit Suarez tit. 3. D. 16. sect. 3. in fine.

2. Ex inhabilitate, &c. Si inhabilitas studio  
diligentia auferri possit: Parochus utroq; uti  
bet, ut populum sacris monitis instruere queat

14. Prædicare in mortali quidam putant  
niale crimen, S. Tho. in 4. d. 19. qu. ar. 2. ad quæ  
mortale existimauit: quod numquam expresse  
retractauit. Non esse mortale, probat egregie  
Suarez, tom. 3. quest. 6. sect. 3. in fine, post Ioan  
Medina C. de pœnitenti. ti. 1. qu. 5. Hoc sensit Ro  
driq. par. 2. cap. 24. & Sa. V. Prædicare. In quæ  
locum, & in c. 85. l. 1. Instruct. Tol. breues additæ  
notas.

Concione tamquam profana declamatio  
abuti, lethale facinus. Suarez libro cap. cum com  
muni: lethalis præterea culpa valdè infructuosa  
scien

scienter afferre, aut non vera in fidei, vel morum doctrina, vel in miraculis, aut Sanctorum vita. Sa. libr. cap.

Recte concionandi munus egregium, sublime, vtile; sed arduum, & difficile. Parochus non indoctus. S. Augustini de doctrina Christiana, Lodouici granatensis, Augustini Valerij Veronæ Episcopi libros de Rhetorica Ecclesiastica, Diuinum Oratorem Lodouici Carbonis, cum fructu lege; nec non instructiones ad Concionatores, & Parochos suæ Diœcesis Illustrissimi, & Reuer. Ioannis Fontanæ Episcopi Ferrariensis.

Cœlesti ope nobis est opus: vt tantum munus rectè exerceamus: Deum rogemus, vt mentem, & linguam fœcundet, ac regat, honoremque ne quæramus. Vnam Dei gloriam, & animarum salutem, tota mente intueamur, captemus. Sacra autem hæc dicta attentis animis cogitemus.

*Pro Christo legatione fungimur tanquam Deo exhortante per nos* 2. Cor. 5. est vox Apostolorum, virorumque Apostolicorum.

*Qui docti fuerint, subgebunt quasi splendor firmamenti, & qui ad iustitiam erudiunt multos, quasi stellæ in perpetuas æternitates.* Dan. 12.

*Qui fecerit & docuerit, hic magnus vocabitur in Regno cœlorum.* Mat. 5.

Si Parochus nec valde doctus, nec eloquens fit: non ideò prætermittat plebem sibi creditam erudire Xauerij monita concionatoribus vtilissima, etiam Parocho proderunt. Ex ijs hæc: *Non se ipsum, sed Christum crucifixum concionator prædicet. Concionatoris præcipuum munus est Audi-*



tori delictorum suorum quam maximum incutere  
dolorem, & certissimis, sempiternisque inferorum  
supplicijs ante oculos propositis eum à flagitijs dete-  
rere. Satana quoque artes, atque insidias aperire, ea-  
dem pro concione serere; qua vulgi quoque im-  
periti intelligentia potius quam admiratio exci-  
piat. Ex Turse. lib. 6. c. 16.

C A P V T I V.  
DE DOCTRINA CHRISTIANA.  
S V M M A R I V M.

1. Quid sit Doctrina Christiana.
2. Sub poena sit docenda.
3. Modus bonus recte docendi Doct. Christ.
4. An sit necessario docenda Doct. Christ.
5. Quis eam doceat.
6. Quando docenda.
7. Quid ager cum adultis in docendo.
8. Sub quomodo sit docenda Doct. Christ.
9. Hebes & rudis quid credat.
10. Ignorantia qua excuset.
11. Qua rudimenta fidei sint de necessitate discenda.
12. An ignorantes rudimenta fidei arcendi à  
Sacramentis.
13. Forma Doctrina Christiana qua.
14. Practica in docendo Doct. Christ.
15. Vbi docenda sit Doct. Christ.
16. Quantum durabit Doctrin. Christian.

1. **Q**VAESTIO. Quid intelligatur nomine Do-  
ctrina Christiana?

RESP. Rudimenta Fidei, quæ secundum So-  
sum sunt, Symbolum Apostolorum, decem Præ-  
cepta